



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 35. Concilium Romæ. Librorum Censura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

iam Necessitatis casu cœteræ Regulæ omnes observentur, & extra hunc casum de antiquæ Disciplinæ rigore nihil negligatur. Nempe Pontifex, quæ vel ex minima Disciplinæ remissione secutura essent, perspiciebat. Hæc epistola II. Martii Asterio, & Presidio Consulibus anno 494. data est. Decima quinta Maji eodem anno Gelasius Papa Episcopis Siciliae scripsit. Eandem ferme Bonorum Ecclesiasticorum Divisionem memorat, atque ex Portione Episcopi Peregrinos, & Captivos juvandos esse præcipit. Decernit ut triginta annorum Præscriptio Ecclesiæ favens secundum Leges Cæsareas locum habeat.

Sæculum V.  
A. C. 494.

## §. XXXV.

*Concilium Romæ. Librorum Censura.*

Epistola ad Episcopos Lucaniæ Synodalis esse videtur, & post celebratum Concilium data. Legimus etiam Gelasium Papam Romæ Synodum Episcoporum septuaginta eodem anno 494. convocasse. Ab hac Synodo Decretum de Distinctione Librorum Authenticorum, & Apocryphorum accepimus. In eo ab initio Index Sacrarum Scripturarum recensetur, estque illi, quem hodie Ecclesia Catholica recipit, consentaneus, nisi quod unum tantum Librum Machabæorum secundum pleraque Exemplaria me-

to. 4. p. 1263.

G 3

moret.

Sæculum V. moret. Inferius dicitur; licet omnes  
A. C. 494. Ecclesiæ Catholicæ unica Jesu Christi  
 Sponsa sint, nihilominus Ecclesiam Ro-  
 manam omnibus cœteris fuisse prælatam,  
 non ullo Concilii Decreto, sed ex Domi-  
*Matth. 16.* ni Nostri verbis dicentis: *Tu es Petrus,*  
*& cœtera. S. Petro socius datus est S.*  
*Paulus, qui cum ipso Martyrium Romæ*  
*eadem die, & non alio tempore, quod Hæ-*  
*retici dicunt, passus est. (\*) Secunda Se-*  
*des Alexandria S. Petri nomine a S. Mar-*  
*co ejus Discipulo fundata fuit. Tertia*  
*Sedes Antiochiæ erecta etiam S. Petri No-*  
*mine gloriatur, quia ibi, antequam Roma-*  
*nas Arces peteret, sedit, ibique primo Chri-*  
*stianorum Nomen auditum.*

Postea legitur; Præter SS. Scripturas  
 Ecclesiam Romanam etiam recipere qua-  
 tuor Concilia Nicænum, Constantinopo-  
 litanum,

(\*) Testimonium omni Eceptione superius!  
 Jurisdictionem Summi Pontificis in omnes Eccle-  
 sias non solum in Canonum Auctoritate, sed etiam  
 in Jure Divino esse fundatam.

Interpres Protestans vocem: *Romæ*, pag. sua  
 49. omisit. in Parte 5ta. Ejusmodi imposturis  
 Lectores suos Protestantes decipit, & fidem face-  
 re vult, S. Petrum nunquam Romæ fuisse. His  
 armis homo iste Ecclesiam Romanam aggreditur,  
 sed de ipso jure merito dici potest: *Sagittæ par-*  
*vulorum factæ sunt plagæ eorum. Psalm. 63.*  
 v. 8.

litanum, Ephesinum, & Calcedonense, <sup>Sæculum V.</sup>  
 post hæc alia quoque Concilia, quæ a Pa- <sup>A. C. 494.</sup>  
 tribus Auctoritatem habent. Deinde Ec-  
 clesiam recipere opera S. Cypriani, S. Gre-  
 gorii Nazianzeni, S. Basilii, S. Athanasii,  
 S. Cyrilli Alexandrini, S. Joannis Con-  
 stantinopolitani, nempe Chrysofomi,  
 Theophili Alexandrini, S. Hilarii, S. Am-  
 brosii, S. Augustini, S. Hieronymi, S. Pro-  
 spero, & S. Leonis ad Flavianum episto-  
 lam. Tandem Opera omnium Patrum,  
 qui in Communione Ecclesiæ Romanæ  
 decesserunt, & Pontificum Decretales.  
 Uterius hæc ferme habentur: *Quod per-  
 tinet ad Acta Martyrum, antiqua Eccle-  
 siæ Romanæ consuetudine consulto non le-  
 guntur, quia nomina illorum, qui ea con-  
 scripserunt, sunt penitus ignota, & ab ali-  
 quibus Infidelibus, vel imperitorum rudita-  
 te corrupta fuere. Ex eorum numero sunt  
 Acta S. Cyrici, & S. Julittæ præter alia  
 plura, ab Hæreticis composita. Hinc, ut  
 omnis cavillandi materia tollatur, in Ec-  
 clesia Romana non leguntur, quamvis ea-  
 dem Ecclesia omnes Martyres eorumque  
 Certamina, Deo magis quam hominibus  
 nota, devotissime veneretur. Concilium  
 honorem habet Vitæ Patrum, & recipit  
 vitam S. Pauli, S. Antonii, S. Hilarionis,  
 & alias a S. Hieronymo scriptas. Per-  
 mittit, ut legantur, sed caute, Acta S. Syl- <sup>Vitæ SS. Pe-</sup>  
 vestri Papæ, de Inventione Crucis, & <sup>trum.</sup>*

Sæculum V. A. C. 494. recentiora Acta de Inventione Capitis S. Joannis. Permittit etiam, ut legantur opera Rufini, & Origenis, sed ea solummodo, quæ S. Hieronymus non reprehendit, & Eusebii Cæsariensis Historiam. Orosii vero Historiam atque Sedulii, & Juvenci carmina approbat.

Concilium deinde in Libros apocryphos Censuram pronunciat. Inter Apocryphos autem primo loco ponit Concilium Ariminense, Itinerarium S. Petri sub nomine S. Clementis, Acta S. Andreae, S. Thomae, S. Petri, S. Philippi, Evangelia S. Thadæi, S. Matthiæ, S. Petri, S. Jacobi, S. Barnabæ, S. Thomae, S. Bartholomæi, S. Andreae illa, quæ Lucianus & Hesychius adulteraverant. Librum de Infantia Salvatoris, Librum de Nativitate Salvatoris, de Maria, de obstetrice, & plures alios, quos inter nobis magis noti sunt: Fundamentum, & Thesaurus Manichæorum, Centones Virgilio, quos Proba Falconia sarcivisse fertur, Revelatio S. Pauli, Acta S. Theclæ, Transitus, seu Assumptio S. Mariæ, Pœnitentia Adami, Pœnitentia Origenis, Sortes Apostolorum, epistola Jesu Christi ad Abgarum, & Abgari ad Jesum Christum. Verum his Libris annumerat Librum Pastoris, quem Antiquitas reverebatur, & Canones Apostolorum; unde demonstratur, non omnes hos libros æquali censura damnari.

Dein-

Libri  
Apocryphi.

Deinde occurrunt opera quorundam Hæreticorum, qualia sunt Tertulliani, Montani, Fausti Manichæi, Tyconii Donatistæ, & quorundam Catholicorum, qui in aliquo articulo a Doctrina Ecclesiæ discesserunt, inter illos recensentur Lactantius Africanus, S. Clemens Alexandrinus, Arnobius, Cassianus, & Faustus Rejenfis. Concilium etiam damnat Notas, & Schedulas, quæ Angelorum Nomina præferunt, & generatim omnes libros Hæreticorum, quorum nomina a Simone Mago usque ad Acacium Constantinopolitanum ponit, & Anathemate ferit. Talis est librorum Censura, quæ in hoc Concilio legitur; at antiquorum Exemplorum diversitas dubitandi locum facit, an non Nomina aliquorum Scriptorum, quos Concilium non damnavit, fuerint immixta.

Sæculum V.  
A.C. 494.

v. Not. Bal.  
ad Lup. Fer.  
p. 28. p. 456.

## §. XXXVI.

*Litteræ ad Episcopos Dardaniæ.*

Eodem anno Gelasius Papa scripsit ad Episcopos Dardaniæ, sicut scripserat ad Episcopos Dalmatiæ, eisque gratulatur, quod Communioni S. Sedis, & Ecclesiæ Catholicæ firmi inhæreant; hortatur etiam, ut Societatem Episcopi Thesalonicensis devitent, qui cum sæpius monitus memoriam Acacii nolisset condemnare, a Communione Sanctæ Sedis exclusus fuerat. *Nolite credere*, inquit,

*Epist. II.*  
*p. 1196.*

G 5

jacti-